



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 15. De noua lege,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

vulnerit transire coloniam, & facere phasē Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius; & tunc ritū celebrabīt, eritque sicut indigena terra. Quod consilium sequutū sum illi, de quibus dicitur Esther 8. Plures alterius gentis & lectorum, eorum religioni & cæmoniis iungebantur.

## De obligatione præceptorum veteris legis.

**N**orandum tamē est cum lex ipsa vetus tria præcepta genera contineret, prout indicatur ilū verbū Deut. 6. Hæc sunt præcepta, cæmonia atque iudicia quæ mandauit Dominus vobis. primum moralium, de iis quæ naturali genij lumine cognoscuntur agenda esse vel fugienda: ut actus virtutū & vitiorum: secundum cæmonialium, de sacrificiis & cæmoniis quibus Deus specialiter colli volet: tertium iudicialium, de ijs, quæ pertinerent ad humanam societatem itiēt seruandam in populo, à quo ob Christi reuerentia exigebatur prærogativa sanctitatis: cuiusmodi præceptorum cognitio, naturali ingenij uirina haberi non potuit, sicut nec cæmoniali generaliter ratio doceat, in ornati societate humana retinendum esse debitum ordinem hominum inter seiplos: De quo se p̄sum cultum defensandum esse & sacrificium offrendum. Cum in qua lex verus tria haec præceptorū genera contineret, moralia obligab. ut omnes, sicut & nunc obligata adhuc; non quidem vt præcepta veteris legis, & in veteri Testamento tradita, vi bene notis Sotis in 2. de iust. & iure quæst. 5. art. 4. consl. 2. sed vi præcepta legis naturæ, quæ vim & efficaciam habent ex ipso naturalis rationis dictamine.

**C**æmonialia vero & iudicialia, solos Iudeos obligabant: & hoc non tantum sub pœna in fôro externo; sed etiam sub culpa in fôro interno: vt argumēto est, quod in facie Scriptura, passim illa quæ ab eis aduersus talia præcepta committebantur, arguitur tanquam peccata. Nunc autem neminem, ne quidem ex Iudeis, obligant vt D. Paulus in epist. ad Rom. & ad Galat. & ad Hebr. ostendit. Vnum argumentum ipsius attigisse suffit, iet quod in cap. 8. epist. ad Hebr. sumit ex Ierem. cap. 31. vbi Deus pollicitus erat nouum Testamentum. Dicendum, inquit D. Paulus, nouum, ut etiam prius: quod autem antiquatum & senescit, prope in crūtum est.]

**C**æterum sic mortua est lex vetus, vt præcepta illius cæmonialia facta sint obseruantibus mortifera; non item iudicialia. Rationem D. Thomas 1. 2. quæst. 104. art. 3. reddi: quod cum virtute fuerint præfiguratio Christi & Ecclesiæ Christianæ, ac Sacramentorum nouæ legis, iuxta illud priorū ad Corinth. cap. 10. Omnia in figura contingebant illi: cæmonialia principaliiter in instituta fuerunt ad præfiguranda Christi & Ecclesiæ Christianæ mysteria quaenam futura. Quo sit vt obseruari nequeant ab aliis præjudicio veritatis fidei: quâ profite mur illa mysteria iam esse completa. Et quia facere aliquid cum præjudicio veritatis fidei, peccatum est mortale: sicut quoque, vt talis obseruatio sit mortifera, etiam vñtranc illam ex deuotione, vt circunidentis se ex deuotione imitanti Christum, prout corā Caeteranum Sotus in cit. art. 4. versus finem, recte ostendit. E. facis pater ex verbis Apostoli ad Galat. 5. Si circundamini Christus vobis nihil prodebat.]

**I**udicalia vero non fuerunt principaliter instituta ad præfigurandum, sed ad ordinandum statum & formam populi, ex quo Christus nasciturus erat: minus principaliter tamen ac secundario præfigurabant, (cum illi populo omnia contingent in figuris) deoque postquam Christus venit, & pro humano genere dignatus est mori: illa cæstarum quidem, vimque amiserunt obligandi; quia mutatus est eiūdem populi status, ob quem retinendum & conservandum obligabant (ad quod facit illud ad Hebr. 7. Translatio sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat) non tamen mortifera sunt, sicut cæmonialia: quia cum de se non ordinarentur ad præfigurandum; obseruatio ipsorum absolute non præjudicat veritati fidei. Vnde si Princeps aliquis præcipiet ea in suo regno obseruari, necipse peccaret præcipiendo, nec subditi obediendo: ex codem D. Thomā in cit. art. 3. nisi forte obseruantur, vel obseruari mandantur, tanquam habentia vim obligandi ex veteris legis institutione: quia ex tali intentione obseruatio efficit mortifera eadem ratione qua obseruatio cæmonialium.

**C**onsequens est ex dictis. Christianos in sacro canone obseruare ac venerari vetus Testamentum, non quod præ-

epis illius obligantur. Nam à ta i obligatione perinde liberi sunt ac vidua (quod est exemplum D. Pauli ad Rom. 7.) à iure matrimonij libera est mortuo viro; sed quod eis conferat ad notitiam mysteriorum Christi, quæ in illo prophetata fuerunt: ad illorumque confirmationem utile: et ipsum legatur & intelligatur; prout D. Aug. epist. 19. annotavit; congrueret ei quod Dominus dixit Iudeis Ioan. 5. Scrutamini Scripturas, quia vos paratis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimoniū perh. beat de me.] Et paulo inferius: Sicredereis Mōysi, crede: etis fortissim & mihi: de me enim ille scripsit.]

Consequens est etiam quod cum lex ex vi obligandi habeat quod sit regula iudicandi de peccatis: & vi Sotis notavit in cit. consl. 2. nullum testimoniu veteris legis, prout tale, poscit Christianis proponi tanquam vim habens obligandi: consequēs est in qua, nihil ad hoc nostrum institutum attinere ut illius præceptis dicamus: nisi de moralibus: non quidē ut illias, sed vt legis naūræ sunt præcepta: ant etiam nouæ legis. Ea vero Decalogi continentur vel ad eum reducuntur, ex quo de peccatis iudicā de rationem, ex instituto in sequentiōm persequuntur, inuante Deo.

## CAPVT XV.

## De noua lege.

## S V M M A R I V M.

141 Lex noua cur sic dicitur.

142 Illius alege veteris differentia, quod omnes obliget, nec sit timoris servitū, sed si iuste.

143 Lex noua consilī potissimum in gratia Spiritus sancti & charitatis.

144 Noue egis præcepta dulcia, & que sub eam cadant, queque non cadant.

145 Moralia sunt eadem in noua lege quæ in veteri: sed facta auctiora.

146 Omnia reuocantur ad præcepta Decalogi, & quonodo.

147 Lex noua vigebit usque ad finem seculi.

148 Potissimum Papa circa eam, quodque non semper obliget ad mortale.

**L**Ex diuinā positinā dicitur noua, respectu veteris ante descrip̄t̄; quam evacuauit ex cap. 2. Epist. ad Ephes. vñō quidem illam destruēt̄ sed perficendo adimplendoque: dū ei, quæ erat umbra ſu. uerorum ex cap. 2 Epist. ad Colos. superaddidit̄ veritate umbra ſu: perinde acimago carbono adumbrata, non destruitur superadditione viuorum colorum, sed perficitur. Hinc Dominus Matth. 5. ait, Non veni legem solue, sed a dimptere: & Apostolus ad Rom. 3. An iigitur per fidem destruimus legem? abit, sed statuimus.

Non solos autem Iudeos sicut olim vetus, sed omnes gentes lex noua obligat, dicente Domino Matth. vñimo Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcumq; mandata vobis] & Marciv. Euntes in mundo uinversū prædicare Euangeliū omni creaturæ, &c. ] Atque vt intelligatur quæ sicut præceptorū genera p̄ q̄ ualit obligatio imponitur, ad uerendū etiā quod iam ante attigimus; Ita uero legis statu legis veteris in eo differre, quod hic fuerit quasi patulorum qui nihil differunt a terciis ex cap. 4. ad Galatas: ille vero quasi virorum, corumque; liberorum, si quidem ex codem capite, non sumus ancilla filiū sed libera: qualibetate Christus nos liberauit: qui ducūt̄ et non timore seruili sed amore filiali. Vnde inquit idē Apostol ad Rom. 8. Non accipit̄is spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū Dei.]

Quæ cum ita sit, sit (quod notatum est à D. Thom. 1. 2. quæst. 106. art. 1.) vt lex ipsa noua talentum statum coſtituens, possimū confitit̄ viuque ſuam poſitam habeat in gratia Spiritus sancti, charitatis, que fidelibus in Christū credēbus, niſi obicem ponāt̄, datur: iuxta illud ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus noſtris per Spiritum sanctum qui datum est nobis. Et quia in tali animę robe, quo voluntas humana ad conformandum ſe diuinæ precipienti vel prohibēti, prompta expeditaque redditur: plus momenti inest ad uitæ sanctitatem, quam in præceptis quibus verbo aut scripto diuinis tradito, diuinis ipsa voluntas nobis proponitur ac intimatur: sit etiam vt ſtatus legis nouæ sp̄cetur ex Spiritus sancti gratia ſe uel in interiori charitatis affectu: quæ legis nomina apellare nec alienum est à Scriptura sacra, cum D. Paulus ad Rom. 7. inclinationē appetitus ſenūtis vocet legēm.

brorum: nec à communi loquendi vsu, cum dicamus com-  
muniter ea quæ sunt à rebus, inclinatio appetitus natura-  
lis, fieri naturali lege. Atque eo modo spectatur is status le-  
rem. si cum de eo predicitur (interpretē D. Paulo ad Hebr.  
8.) Dabo legem meam in viceribus eorum & in corde eoru-  
rum scribam eam. Item cum in cap. 3. poster. ad Corinth. A-  
postolus ipse ait Manifestati, quod Epistola estis Christi, mi-  
nistrata nobis & scripta non atraendo, sed Spiritu Dei vi-  
ui, non intrabiliis cordis carnalibus.] Cum igitur status no-  
uz legis, prius ac p̄cipue pendaat ex gratia, quam Spir-  
itus sanctus infundit in corda, fit tandem ut omnia p̄cepta  
vita fidei articulos (de quibus tanquam speciaiuæ con-  
siderationis hæc non agimus) diuinus tradita ad statum eum  
ordinandum, sint de operibus quibus ipsam gratiam opro-  
pet quasi suipatim esse, sive antecedendo in genere cause:  
eniuimodi opera, sunt vsus Sacramentorum: hoc est baptis-  
mi & aliorum, per quæ v. per canales quosdam, gratia à Chri-  
sto perenni illius fonte, in animas deducitur: sive conse-  
quendo in genere effectus: cuiusmodi opera sunt, quæ sive  
p̄ficio eiusdem gratia seu fidei per charitatem operantis.

## De nouæ legis p̄ceptis &amp; obligatione.

**A**TQUE ita nouæ legis p̄cepta ad quorum obseruationem obligamur, ad duo prima genera reuocantur: si-  
quidem alia sunt de operibus iis quæ sunt vsus Sacramento-  
rum: & alia de operibus iis quæ sunt vsus fidei per charita-  
tem operantis: de qua ad Galat. 5. In Christo Iesu, neque cir-  
cuncisio aliquid valet neque p̄ceptum; sed fides quæ per  
charitatem operatur. Circa quæ p̄cepta occurrant quædā  
hoc loco annoanda. Primum est, quod insinuat D. Thom. in cit. art.  
1. & in seq. 2. In lege nouæ quæ est lex amoris & libertatis, tan-  
tū dari p̄cepta de operibus, quæ cum antedicta gratia ne-  
cessariam habent conuenientiam vel repugnantiam: Cetera  
vero quæ non habent, relicta esse determinationi humanæ,  
arbitrio hominum: et quidem quæ ad communem utili-  
tatem pertinent, arbitrio Superiorum sive temporalium sive  
spiritualium, iuxta cuiusq; aut horum: ē: ea vero quæ ad viru-  
quemq; singularem spectant, arbitrio vnitificiūque. Itaque  
non ut de Sacramentis, per quæ infunditur diuina gratia in a-  
nimis nostris; ita & de sacramentalibus, hoc est, de dispositio-  
nibus ad sacramenta conficienda vel suscipienda, lex noua ha-  
bet p̄cepta diuina: sed determinatio ipsorum est Ecclesia  
relicta à Christo. Similiter quia gratia opera, id est, quæ tan-  
quæ effectus sequi debent gratiam, sunt necessario actus vir-  
tutum, lex quoq; ipsa noua habet quidē, sicut & lex veteri, p̄-  
cepta moralia de actibus virtutum, secundum ea quæ de se ad  
rationem virtutis pertinent: non tamē ceremonialia de  
determinatione eorumdem actuum in ordine ad Dei cul-  
tum: neque iudicia de determinatione item eorumdem, in  
ordine ad proximum: quia Christus Dominus dispositio-  
ne eorum qui sub ipso cum legitima potestate, curam ceterorum  
gerent, reliquit talen determinacionem, non per-  
tinentem de se ad rationem virtutis à qua procedunt illi ipsi  
actus cadentes sub lege in diuinam. Non enim ad orationem,  
exempli gratia, prout ea est actus virtutis religiosi, de se per-  
tinet, vt fiat taliter loco, vel tempore: aut cum illa certa  
corporis dispositione. Neque ad iustam resolutionem quæ  
actus est virtutis iustitia, pertinet vt fiat in duplo, vel in  
quadruplo & sic de similibus.

Secundum notandum est. P̄cepta moralia noua legis  
eadem esse, quæ veteri: licet, quia referuntur ad ordinatio-  
nem status perfectioris, facta sint auctiora, creueritque lex  
diuina, vt quoad credenda (siquidem quæ pertinent ad sacro-  
fanta mysteria Trinitatis & Incarnationis, atq; alia de Chri-  
sto, multo explicatus traditur in noua lege quæ in veteri) ita  
etiam quoad agenda. Nam cum Dominus Matth. 5. dixisset,  
Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pha-  
risæorum non intrabis in regnum celorum] p̄cepta mor-  
alia, prout requirebat maior iustitia, fecit auctiora: vt p̄cep-  
tu Non occides: inquiens, Auditis quia dictu est antiquis  
Non occides: qui autem occidit reus erit iudicio. Ego autē  
dico vobis, quia omnis qui irascerit fratri suo, reus erit iudicio.  
Item p̄ceptum Non mœchaberis. Ego autem dico  
vobis quia omnis qui videbit mulierem ad concupiscentium  
eam, iam mœchatus est eam in corde suo.] & sic nonnulla a-

lia: vt videre est ibidem; dum Dominus ipse ultra ea quæ de-  
se mala sunt prohibet eorumdem occasiones: atque volun-  
tatis nostra intentionem in agendo, ordinat ad perfectio-  
nem, prohibendo ne in nostris actionibus humanam gloriam  
aut diuitias queramus. Inquiens in sequen. cap. 6. Atten-  
dite iustitiam vestram faciat coram hominibus, & videamini  
ab eis: ] & postea Nolite thesaurizare vobis thesauros in ter-  
ra vbi arugo & tinea demolitur & vbi fures effodiunt & fu-  
rantur, &c. Thesaurizate autem vobis in celo. ] Deniq; ad p̄cep-  
ta de moderando affectu honoris, diuitiarum, & voluptu-  
rum, quo voluntas ad consensum peccati trahitur; addidit  
eis filii obedientie, castitatis, & paupertatis perpetuae: quibus  
voluntas talibus bonis se penitus abdicat.

Tertium notandum, de quo D. Thomas 1.2. queſt. 100. art. 3. 146.  
P̄ceptis Decalogi, cetera omnia mortalia contineri: gene-  
raliora quidem, tanquam principia in conclusionibus: specia-  
lia vero, tanquam conclusiones ex eis deducuntur. Quo sit, vt  
quemadmodum omnia rerum genera ad 10. summa reducan-  
tur, qua categoriæ dicuntur: sic omnia p̄cepta moralia ad  
decem p̄cipua quæ decalogum constitunt reuocentur. Ex  
quorum etiam distinctione, sicut res ex distinctione sum-  
morum generum, inter se distinguntur: ac consideratio cuiusque  
eorum in hac disciplina, reuocatur: tanquam pars quæ-  
dam ad considerationem illius p̄cepti Decalogi, ad quod  
reduci potest. tanquam conclusio ad summum principium.

Quartum est. Legis nouæ obligationem perfueruntur  
etie ad finem mundi usque: iuxta illud Matth. 28. Docentes  
eos servare quæcumque mandauit vobis: & ego vobis cum  
iunctu usque ad consummationem sæculi. Et D. Thomas 1.2.  
queſt. 106. art. 4. confirmat ratione: quia Deus legem condi-  
vit ut per illius obseruationem perducatur hominem ad beatitudinem: quod cum lex p̄fectè p̄ficit, non est expedi-  
enda illius in aliā mutatione: sicut expedita est veteris legis,  
quæ nihil ad perfectum adduxit: ex cap. 7. Epist. ad Hebr. Post  
finem mundi vero enactuā esse quoad materiam imperfec-  
tam aliorum p̄ceptorum, nemp̄ficii, & sacramentorum  
significantium vitæ aeternæ bona expectanda: & a per illud Apo-  
stoli ad Corinth. 13. Cum venient quod perfectum est, euacuabitur  
quod ex parte est.

Porto perinde lex noua ac lex naturalis p̄ferenda est omni-  
conveniundini & constitutioni humanæ prout ex professo  
confitetur Gratianus distin. 8 & 9. ita ut nulla confundan-  
te vel lege humana ei derogari possit: neque in ea cum quo-  
quam dispensari à Papa, etiam si tanquam generalis commis-  
sarius Dei, in plenitudine potestatis aliquam sit cap. Quis le-  
git 2. quæst. 6. Confirmaturque ex eo, quod Matth. 16. illi in  
persona D. Petri à Christo dicatur. Quodcumque ligaueris  
super terram erit ligatum & in celis: & quodcumque solue-  
ris super terram, erit solutum & in celis.

Hoc ipsum de Papa ex D. Thoma referens Sylvestrin  
verbō Papa quæst 19. admone: non est intelligendum quod  
ad particularis determinationis legis diuine: quæ ut ante di-  
ximus à Christo reliqua sunt humano arbitrio, ita ut omnes  
ram in ordine ad Deum, quæ in ordine ad proximum sint iuri  
humani: cum tamē in veteri lege essent iuri diuini, cōstituent  
p̄cepta ceremonialia. Nec est intelligendum esse quo-  
ad ea quæ erūt cōtinentur in doctrina Apostolorū, non sunt  
tamē statuta à Deo, sed ab ipsis Apostolis: ut D. Paulo in priori  
ad Timoth. cap. 3. Ne bigamus promovetur ad Episcopatum.  
In quo p̄cepto Papam dispensare posse patet ex cap.  
Lector distin. 34. vbi glossa id notat & in exempli plur adserit  
quod Lucius Papa dispensauerit cum Archiepiscopo Panormi-  
tano, qui bigamus fuit. Nec denique intelligendum est  
quoad interpretationem authoritati (ut Sylvestris loquitur)  
datam. Nam Papam authoritatibꝫ, sive tanquam Indicis au-  
thoritatis fungentem, posse legem diuinam interpretari quo  
ad p̄cepta vivendi: declarando scilicet in dubio, an in tali  
casu, tali tempore, vel loco vel in talibus personis vim obli-  
gandi habeant: vt v.g. p̄ceptum aperiendi in confessione o-  
mnia sua mortaliter peccata, in eo casu in quo mors inde im-  
minet. Patet ex eo, quod possit ipsam diuinam le-  
gem interpretari quoad articulos fidei. Nam cum circa illos  
sicut circa hos, dubia oriuntur potuerat, vt experientia docet; nō  
est negandum, quin potestatis plenitudo à Christo Domino  
concessa Papæ tanquam summo omnium in Ecclesia Pa-  
storii.

stori, extendat se tam ad dicta præcepta, quam ad ipsos fidei articulos: cum fideles (quos tanquam Christi oves pascere debet ac conferuare in sanctis matribus, sicut & in sua fide) vexari poterint dubius circa sanctos mores, sicut circa suam fidem.

Postremum est, diuinam legem positiuam non obligare semper ad mortale, sed interdum tantummodo ad veniale: nempe cum in materia leui versatur; ut cum prohibet dicere verbum otiosum. De qua re plenius in sequentibus lib. 15. cum ratio distinguendi inter peccatum mortale & veniale exponetur.

## TRACTATUS IV.

De lege humana per quam lex eterna tanquam, per quemdam suum radium nobis manifestatur.

**V**T ad legem naturalem meritò addita fuit diuina positiva: ita ad vitramque illam humanam seu ab hominibus latata, addenda fuit. Primo, ut ea quæ diuina lege naturali vel positiua constituta essent, determinarentur ad certa tempora, personas, & modos: ut quod lex diuina positiua præcipit sumendum esse Eucharistiam, lex Ecclesiastica determinat ad tempus Paschale, & ad eos qui habent vnum rationis; in cap. Omnis vtriusque sexus De penit. & remiss. & quod lex naturalis docet puniendos esse futes, lex civilis determinat quodammodo punitionis: nempe vi fustigantur, vel suspendantur vel aliud patiantur. Secundo, ut cōsideretur rudibus & ignoratis, qui non possunt ex lege nature vel diuina positiua deducere omnia ad quæ obligantur: per legem enim, humanam de illis specialiter instruuntur. Tertio, ut de multis quæ cum ad humanam vitam spectent, probabiliter tantum ex lege diuina, siue naturali siue positiua colliguntur, aliquid certi statueretur. Quarto, ut utraque lex illa diuina, melius custodiatur, dum scilicet humana lex idem quod illa cauet, superaddita temporali poena transgressoribus: quia de causa lex diuina dicitur murus, & lex humana ante murale cordis nostri, tanquam faciens ne Demoni ad illud pateat per peccatum aditus.

Legem autem humanam ferre non est cuiusvis hominis: sed vel totius multitudinis, vel personæ publicæ seu habentis potestatem in totam multitudinem, ut D. Thomas 1.2. quæst. 90. art. 3. ex eo confirmat, quod finis legis sit bonum communne: Ordinare autem aliquid in bonū commune, sit vel multitudinis cui propositum est tale bonum: vel personæ publicæ quæ curam illius gerit. Atque sic ut in populo Christiano duo sunt hominum genera ex cap. Duo sunt 12. quæst. i. vnam Clericorum & alterum laicorum, ita duo sunt legum huminarum genera, Canonistarum seu Ecclesiasticarum: quæ partim quidem ex lege naturali, sed pro maiore parte ex diuina positiua deducuntur. Alterum ciuilium seu secularium, quæ ex lege naturali descendunt, ut propter ratiocinatione probabilem collectæ ex principiis naturali lumine notis. Tam vero Ecclesiastica lex, quæ ciuilis, est aut generalis, toti multitudini communis; aut particularis, vnius de multitudine, aut paucorum propriæ: quale est priuilegium. Generalis rursus aut est scripta, quæ quatenus Ecclesiastica, dicitur Canon; & quatenus ciuilis, dicitur constitutio: aut non scripta quæ generali nomine dicitur consuetudo: & quatenus Ecclesiastica, dicitur traditio; quatenus vero ciuilis, dicitur mos. Ad denique tam non scripta quam scripta distinguitur, in pecuniam & moralem: quarum illa est in qua additur pena ab ipsis transgressorere incurrenda. Hęc vero, tantum ostendit quid sit vel non sit faciendum nec peccatum adiicit. Nam cum lex humana vt generalis, vel vt scripta, vel vt moralis, nullam spe cialem difficultatem habeat, quia tollatur per ea, que vel statuto primo dicta sunt: in genere de lege: vel proximè dicentur item in genere de ipsa lege humana, occurrit in hoc statuto dicendum primo, de lege humana in genere: secundo de lege Ecclesiastica seu iure Canonico; tertio, de lege seu iure ciuilis; quarto, de priuilegio; quinto, de consuetudine; sexto de lege penalí. Nam vero distinguimus per titulos vt locus sit ordinis accommodato ad doctrinæ perspicuitatem

## TITULUS I.

De lege humana vniuersitatem.

**Q**UOD in iudicio de peccatis de lege humana vniuersitatem, possimum considerare oportet, & sufficit, est obligatio ipsius: ideoque omittentes cetera, ut illius originem, de qua Gratianus distinct. 7. & Pomponius de Orig. Iuris, leg. 2. & alia non necessaria ad nostrum institutum, de eadem obligatione tractabimus quatuor capitula: ad quæ resuocantur omnia ad illam pertinientia. Primum erit, De iis quæ lex humana requirit ut obligandi vim habeat. Secundum, de iis quos obligat. Tertium, de modo quo obligat. Quartum, de modis quibus tollitur eiusmodi obligatio.

## CAPUT XVI.

De iis quæ necessaria sunt, ut lex humana obligandi vim habeat.

## SVMARIVM.

- 149 Legem humanam oportet iustam esse, ut vim obligandi habeat.
- 150 Duo modi quibus potest esse iniusta.
- 151 Oportet item promulgata esse.
- 152 Item post promulgationem expectatum esse aliquod tempus: non tamen in omni lege: quod in particulari declaratur.
- 153 An qui ante illam elapsum transgredierintur legem, à peccato excusentur.
- 154 An in designatione talis temporis eadem ratio seruanda sit quoad Papalis constitutiones quæ quoad imperatorias.
- 155 Quando constitutiones Papales obligent in prouincia in qua non sunt solemniter promulgatae.
- 156 Quæ constitutiones Papæ non obligent ante earum promulgacionem factam in prouincia.
- 157 Constitutiones Pontificie reuocatorie priuilegorum non habent vim, donec denuntiatæ sint in quorum interest.
- 158 Quid tenendum sit de iis quibus irritantur contradicuntur.
- 159 Quid item de nouis quibus antiquæ resuocantur.
- 160 Explicatio conditionis requisita, ut lex vim habeat obligandi: nonne vi recepta sit.
- 161 Obiectio contra eandem conditionem cum solutione.
- 162 Quando peccant qui non recipiunt legem iustam promulgatam.
- 163 In quo consistat non recipio legis, & quid intelligatur nomine communis cuius maiorem partem oportet non recipere legem, ut obligandi vim amittat.
- 164 Ad talem non receptionem, non requiritur scriptum, aut aliud simile signum reprobationis legis; sed contraria in casibus in quibus ea obseruari debebat: sive contravenientes legem ipsam sciunt, sive illam ignorant.
- 165 Lex in parte iustum recepta obligat tantum in ea parte.
- 166 Non est necesse legem vi vim habeat obligandi, scripto traditam esse.

**V**LEX humana obligandi vim habeat necessarium est 149: primò, ut iusta sit: quod D. Thomas 1.2. quæst. 96. art. 4. confirmat: quia vim eam accipit à lege eterna à qua deriuatur. Non potest autem à lege eterna deriuari nisi iusta: ut illud Proverb. 8. satis indicat. Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt.

Duobus vero modis lex humana potest esse iniusta (ad quod plenius intelligendum vide quod dictum est antea n. 19.) uno per contrarietatem ad bonum humanum: ut ea quæ multitudini onera imponuntur: vel à non habentे potestatē, vel non seruata proportionē: & qualitate inter partes multitudinis; vel ob propriam cupiditatem; non ob communiū utilitatem. Altero modo per contrarietatem ad bonum diuinum: quo modo iniusta est omnis lex inducens ad idolatriam; immo ad quodcumque aliud, quod sit contra legem diuinā. Atque lex posteriorē hoc modo iniusta, non solum non obligat, sed nec licet illam obseruare: quia oportet magis obediere Deo quam hominibus ut habetur Act. 4. Prior autem modo, et si non obliget de se, quia magis est violentia quæ lex: seruanda est tamen ad scandalum vel turbationem vitandā; quandoquidem tali de causa debet homo iure suo cedere: iuxta illud March. 5. Qui angariauerit te mille passus, vade cū eo alia duo &c. Ita de hac re loco citat D. Thom. Videri potest